Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35461
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



Liber

hic pastebat mulas saul

et mitte semen tuum usque in
sempiternum. Et surrexit et
abiit. Sed et ionathan in
gressus est in ciuitatem.

Iom capitlm xxi

Venit autem dauid in
nobe ad achimalech
sacerdotem. Et ob
stupuit achimalech eo quod
uenisset dauid. Et surrexit
obuiam et dixit ei. Quare tu
solus et nullus est tecum. Et
ait ad achimalech sacerdo
tem dauid. Rex preepit michi
sermonem et dixit. Nemo sciat
rem quam ob quam misi te
eis. Et quomodo preepta tibi
dederim. Nam et pueros con
duxi in illum et illum locum. Nunc
igitur si quid habes ad manum
dabis quinque panes da mihi. aut
quidquid inuenieris. Et respondens
sacerdos dauid. aut illi. Non
habeo panes sacros ad manum
sed tantum panem simplicem. Si modo
sunt pueri mundi a mulieribus
maxime. Et respondit dauid
sacerdoti et dixit ei. Equidem
si de mulieribus abstinuimus
nos ab heri. et nudiustertius
cum egrediebamur.
et fuerunt uasa puerorum sancta.
Porro uia hec polluta est
sed et ipsa hodie sanctificabitur
in uasis. Dedit ei
sacerdos sanctificatum panem.
Non enim ibi erat panis, nisi tantum panes propositionis. qui
sublati fuerant a facie domini
ut ponerentur panes calidi.
Erat autem ibi quidam uir de
seruis saul in die illa mora
tur in tabernaculo domini. et nomen
eius doech idumeus. po
tentissimus pastorum saul. Dixit
autem dauid ad achimalech.
Si habes hic ad manum hastam aut gladium. quia gladium
meum. et arma mea non tu
li mecum. sermo enim regis
festinabat. Et dixit sacerdos.
Gladius goliad philistei quem
percussisti in valle therebinthi
est in uoluto in pallio post
ephod. si istum uis tollere tol
le. Neque enim alius est hic
absque eo. Et ait dauid non
est alter huius similis da mihi
eum. Surrexit itaque dauid
et fugit in die illa a facie
saul. et uenit ad achis re
gem geth. Dixerunt ergo ei
serui achis. cum uidissent da
uid. Nunquid non iste est da
uid rex terre. Nonne hunc cantabant per choros dicentes. Per
cussit saul mille. et dauid
decem milia. Posuit autem da
uid sermones istos in corde
suo. et extimuit ualde a
facie achis regis geth. et
immutauit os suum coram eis.
et collabebatur inter manus
eorum. et impingebat in ostia
porte. defluebantque saliue
eius in barbam. Et ait achis
ad seruos suos. Ecce uidistis ho
minem insanum. Quare adduxistis
istum ad me. Nam desunt
nobis furiosi quod introduxistis istum. ut furetur me ante
me. Dimittite illum hinc in
egrediente domum meam.

Iom capitlm xxii

Abiit ergo dauid in
de et fugit in spelun
cam modullam. Cum
audissent autem fratres eius. et omnis domus